

lib. 1 de Peccat. merit. c. 2. Licet enim, spectando naturam et clementia contraria, ex quibus compositus est homo, mori debuisset, fuissetque mortalis; tamen spectando Dei decretum, opem et conservationem perpetuam, si non peccasset, mori non potuisset, fuissetque immortalis. Unde Magister sent. in 2, dist. 19, docet in paradiso hominem habuisse posse non mori; quia poterat homo non peccare, itaque non mori; in caelo habitum non posse mori; quia ibi per gloriam et dotem impassibilitatis, erit moriendi impossibilitas; in hac vita post lapsum, habere posse mori, et non posse non mori; quia jam in eo est moriendi necessitas. Ad mortem ergo damnati nascimur: Memento, o homo, quia morte morieris, idque brevi. Narran. Historici, quod Xerxes, cum suo exercitu terram, classicibus mare sterneret, ex edito loco omnem hanc multitudinem contemplan ingenuerit et fleverit, dicitans: *Ex hisce omnibus nemo post centum annos superstes erit.*

Salahadinus rex Aegypti et Syria, qui Christianis terram sanctam ademitt, sub annum 1189 mortuus per omnia sua castra vexillum cum funebri linceo circumferri iussit, ac proconem proclamare: *Hoc est quod dominator Syriae et Aegypti Salahadinus, ex omni suo imperio solum jam secum delaturus est.*

Quare eleganter et appositè Barlaam apud Josaphat, mortem comparat unicorni, qui hominem assidue insequitur; fugit ille, et fugiens in scrobem incidit, eaque amplectitur arborem, quam rotandam duo mures; in imâ scrobre erat draco igneus, homini devorando inhians. Videbat hæc homo, sed stolidè medico melli, quod ex arbore stillabat, incubans, periculi omnis obliviscitur: assequitur eum unicornis; et arbore à muribus eroditur, ruit illa, et homo à dracone arripitur ac devoratur. Scrobs est mundus, arbor est vita, duo mures sunt dies et nox, draco igneus est venter inferni, mellis gutta est mundi voluptas. Ita Damasc. c. 12 Hist.

VERS. 18. — DIXIT QUOQUE. Dixerat quoque, scilicet jam ante die sexto. Licet enim Origenes, Chrysost., Eucher. et D. Thom. p. 1, q. 73, art. 1 ad 5, putent Moesen hic servare ordinem narrationis; ideòque Evam productam esse post sextum diem mundi, tamen longe verius est Moesen hic sicut et toto capite, uti recapitulatione; ac consequenter Evam, æquè ac Adamum, creatam esse sexto die. Primò, quia v. 2 dicitur Deus sex diebus complèssè opus suum, et die septimo cessasse ab omni opere. Secundò, quia in aliis animalibus, avibus, piscibus, Deus die quinto et sexto, sicut mares, ita et feminas creavit. Tertiò, quia cap. 1, 27, die sexto quo creatus Adam, expressè dicit Moyses: *Masculum et feminam creavit eos, puta Adamum et Evam.* Voluit ergo hoc capite ut viri ita et feminae formationem per recapitulationem fuisent enarrare, quam cap. 1, tribus verbis perstrinxerat. Ita Cajetan., Lipom. Pererius hic, et S. Bonav. in 2, d. 46, qu. 2.

NON EST BONUM HOMINEM ESSE SOLEM, quia si Adam fuisset solus, species humana in eo interisset; et quia homo est animal sociale; itaque mulier necessaria est ad sobolis propagationem: post quam peccatam, post-

que orbem jam hominibus refectionem, cepit bonum esse homini mulierem non tangere, ut ait sanctus Paulus 1 Corinth. 7, ceperuntque laudari cuncti spirituales, Matth. 19, 12, suaque continentia laus ac merces illustris promissa est, tum ab Isaiâ, tum à Christo et apostolis. Ita S. Hieronym. contra Jovinian. et Cyprian. lib. de Habitu virginum: *Prima Dei sententia, ait Cyprianus, crescere et generare præcepit; secunda continentiam suavit. Cum adhuc rudis mundus et inanis est, copiam fecunditatis generatur; propagamur et crescimus ad humani generis augmentum; cum jam refertus est orbis et mundus impletus, qui capere continentiam possunt spadamus more viventes, castrantur ad regnum.*

Nota è solum; hinc enim patet errare eos qui ex eo quod dictum est cap. 1: *Masculum et feminam creavit eos, dixerunt Deum simul creasse virum et feminam;* sed ita, ut in lateribus conjuncti essent, postea verò eorum tantum ab invicem separasse. Nam Scripturam ait, solum tunc fuisse Adamum; atque Evam non separatam ab Adamo, sed totam ex Adæ costâ productam esse docet, cum scilicet illam ab eo tulit, id est, separavit Deus.

FIACIUM EI ADJUTORIUM SIMILE SIBI, sibi, id est, ei. Pro simile sibi hebraicè est *kenegdo*, quod primò significat, quasi coram ipso, ut videlicet mulier viro sit præsens et sociâ in solitudinis remedio et solatium. Rursùm, ut mulier viro sit ad manum, et eum in omnibus juvet et sublevet. Unde Chaldeus verit, *facinus ei sustentaculum quod sit penes eum.* Secundò, *kenegdo*, verti potest, è regione, vel, e adverso ejus, id est, illi contra positum est correspondens. Unde noster clarè verit, *simile sibi*, scilicet in naturâ, in statura, in loquela, etc. In hisce enim omnibus mulier similis est viro. Porrò mulier viro est in adiutorium primò, ad prolis propagationem et educationem; secundò, ad familiæ gubernationem; tertio, ad curatum, dolorum et laborum levamen; quartò, ad ceteras vite necessitates sublevandas. Peccatum, hoc adiutorium multo in molestiam, lites et rixas vertit, unde Cato dixit, mulierem esse malum necessarium.

VERS. 19. — FORMATIS IGITUR DE HUMO CUNCTIS ANIMANTIBUS TERRE, ET UNIVERSIS VOLATILIBUS CŒLI; è volatilibus refer ad formatis, non autem ad è de humo. Volatilia enim non ex humo, sed ex aquâ formata sunt, ut dixi c. 2, v. 20. Moyses enim multa paucis per anaphoricosim perstringit. Verba ergo ejus respectivè exponi debent; ex ante narratis enim constat, quid quod respiciat.

ADDUXIT EA AD ADAM. Adduxit, non repperit visionem intellectualem, ut vult Cajetanus, sed realiter, idque per angelos, vel per affectum et impulsum phantasie et affectui singulorum animalium è se impressum; ita S. Augustinus lib. 9 de Genesi ad litt. c. 14, et alii passim. IPSUM EST NOMEN EJUS, ipsius nature conveniens est nomen, q. d.: Adam singulis convenientia indidit nomina, que singulorum naturam exprimerent. Ita Euseb. l. 11 de Præpar. c. 4. Porrò nomina hæc erant hebraica; hæc enim lingua Adamo fuit indita, ut patet v. 25, et c. 4, 1.

Vide hic sapientiam Adæ, quâ singulorum animalium naturas nôrat, eisque congrua indebat nomina; vide et usum domini ejus in animalia: eis enim quasi sibi subditis, et suoque peculio nomen imponit. Pisces non adduxit Deus ad Adam; quia pisces naturaliter extra aquam vivere nequeunt: unde eis Adam hic nomina non imposuit, sed nomina eis postea indita fuerunt.

VERS. 20. — ADÆ VERO NON INVENIEBATUR ADJUTOR SIMILIS EJUS, q. d.: Solut erat Adam cum animalibus, necdum erat Eva nec alius homo, cum quo haberet vitæ communionem. Unde videtur quòd Adam nomina imposuerit animalibus ante Evæ creationem.

VERS. 21. — IMMISIT ERGO DOMINUS SOPREM IN ADAM. Pro, soprem hebraicè est *tardena*, id est, gravem et profundum somnum, quem Symmachus *æphi*, 70 melius *æreætes* vertunt. Unde patet, non tantum somnum hic Adæ immisum esse ad hoc ne sentiret costam sibi detrahi, itaque exhorresceret et doleret; sed etiam simul cum somno eum raptum esse in extasim mentis, quâ mens ejus non tantum naturali modo soluta et libera erat à corporis et sensuum functionibus; sed et divinitus ita elevabatur, ut videret ea que gerebantur, et spiritu prophético cognosceret mysterium per ea significatum; videret, inquam, mentis oculis costam sibi eximi, et ex eâ Evam formari; atque per hoc significari matrimonium, tum suum naturale cum Evâ, tum mysticum Christi cum Ecclesiâ. Hoc enim significant verba Adæ v. 25, et S. Pauli Ephes. 5, v. 32. Ita sanct. August. l. 9 de Genesi ad litt. c. 19, et fuse tract. 9 in Joan., et sanct. Bernardus serm. 2 de Septuagesimâ. Imò sunt qui putent Adamum in hæc extasi vidisse Dei essentiam. Hinc inclinat Richard. in 2, d. 25, a. 2, qu. 1, nec rejicit D. Thom. p. 1, qu. 94, a. 1. Sed contrarium est longe verius, scilicet nec Adam, nec Moesen, nec Paulum, adeoque neminem in hæc vitâ vidisse Dei essentiam, ut dixi 2 Corinth. 12, 4. Fuit ergo Adam propheta et extaticus. Nota, Adam à Deo accepit scientiam infusam omnium rerum naturalium; atque ex eâ singulis nomina imposuit, ut dixi v. 19; non tamen accepit cognitionem futurorum contingentium, nec arcanorum cordis, nec numeri individuum uti secreti, v. g., quot essent oves, quot leones in mundo, quot arenae in mari. Pari modo accepit Adam infusam sibi fidem et cognitionem rerum supernaturalium, puta SS. Trinitatis, incarnationis Christi (non tamen sui lapsus futuri), ruinæ etiam angelorum. Rursùm omnium agendorum et fugiendorum prudentiam infusam accepit. Denique summum contemplationis Dei et angelorum gradum adeptus est. Ita ex S. Augustino et Gregorio Pererius.

Allegoricè, S. August. in Sent. sent. 528: *Dormit, inquit, Adam ut fiat Eva, moritur Christus ut fiat Ecclesia. Dormiente Adam fit Eva de latere; mortuo Christo lanceæ perforatur latus; ut super effluant sacramenta quibus formetur Ecclesia.*

TULIT ENAM PR COSTIS EJUS. Nota primò, contra Cajetan. non paraboliè hæc dici, sed propriè ut sonant. Ita docent Patres et interpretes passim.

Dices: Ergo Adam monstruosus erat ante hæc co-

stam sublata, vel certè post eam ablata remansit mancus, et suâ costâ mutilus. Respondet Catharicus, Deum pro hæc costâ Adamo, cum carne aliam costam restituisse. Verùm quia disertè dicit Moyses: *Tulit unam de costis ejus, et replevit, non costam, sed carnem pro eâ.* Hinc secundò, meliùs D. Thomas et alii respondent hanc costam Adæ fuisse instar seminis, quòd individuo superfluum est, sed ad generationem prolis esse necessarium. Unde enim modo costâ hæc Adæ, ut private persone superflua erat, eadem tamen illi necessaria fuit, quatenus ipse erat caput nature et seminarium omnium hominum, ex quo tam Eva quam ceteri homines producerentur. Eva enim non poterat produci, ut prolis jam per semen; Deus ergo statuit, ut ex costâ Adæ produceretur, ob causam hanc dicendam.

Dico secundò, Deus cum costâ videtur et carnem adhaerentem costæ ex Adamo sustulisse; et enim ipse Adam v. 25: *Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de carne meâ, ergo Eva non tantum ex Adæ osse et costâ, sed etiam ex carne costæ adhaerente formata est.* — Dico tertio: Ex costâ hæc carnosâ, quasi fundamento, Deus admiscendo illi aliam materiam, vel per creationem, ut vult D. Thomas, vel potius ex terra per creationem (nam post primam veram creationem sex dierum, Deus nullam materiem partem de novo produxit), mirabilis artificii mulierem efformavit, sicut ex luto formavit Adamum.

Dico quarto: Ex hoc c. 2, v. 22, videtur colligi, quòd Deus costam hanc in alium locum, ab Adamo dormiente partem separatam tulit, ibique ex eâ Evam edificaverit, eamque sententiâ et gratiâ repleverit, sicuti repleverat Adamum, ibique cum Evâ collocatus sit; deinde expereferat Adamo, Evam ad eum quasi ad sponsum adduxerit, ut matrimonio indissolubili illos, id est, unum et unam copularet, omnemque polygamiam, æquè ac divortium tolleret. Unde admirans Adam, quasi in rapto sibi costam auterit et ex eâ Evam formari vidisset, exclamavit dicens: *Hoc nunc os ex ossibus meis, q. d.: Hæc Eva facta est ex uno ossium meorum, ut sit mihi sponsa charissima et conjunctissima.* Causa enim, cur ex latere et costâ Adæ facta sit Eva, fuit, ut doceret nos Deus, quantum debeat esse amor conjugum, et quam sanctum, arcum et insolubile debeat esse matrimonium; scilicet conjuges, ut quasi unum sunt os et unum corpus, ita unam quasi debent habere animam et voluntatem, ut una quasi utriusque sit anima, non in duobus corporibus, sed in uno eodemque osse et corpore in duas partes dissecto.

Audi S. Thomam p. 1, q. 92, a. 2: *Decuit, inquit, mulierem ex viro formari, magis quam in aliis animalibus.* Primò quidem, ut in hoc quadam dignitas à primò homini servaretur; ut secundum Dei similitudinem esset, et ipse principium totius suæ speciei, sicut Deus est principium totius universi. Unde et Paulus dicit Aet. 17, quòd Deus fecit ex uno homine genus hominum. Secundò, ut vir magis diligere mulierem, et ei inseparabilis inhaerere, dum cognosceret eam ex se esse productam. Unde dici-

etur Genesis 2 : De viro sumpta est; quamobrem relinquet homo patrem et matrem, et adheret uxori suae. Et hoc maxime necessarium fuit in specie humana, in quâ mas et femina commanent per totam vitam; quod non contingit in aliis animalibus. Tertiô, quia, ut Philosophus dicit in 8 Ethic. : Mas et femina coniunguntur in hominibus, non solum propter necessitatem generationis, ut in aliis animalibus, sed etiam propter domesticam vitam, in quâ sunt aliqua opera viri et feminae, et in quâ vir est caput mulieris. Unde convenienter ex viro formata est femina, sicut ex suo principio. Quarta verò est ratio sacramentalis. Figuratur enim per hoc, quòd Ecclesia in Christo sunit principium. Unde Apostolus dicit ad Ephes. 5 : *Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico, in Christo et in Ecclesia.*

Et art. 5 : Conveniens, inquit, fuit mulierem formari de costâ viri. Primò quidem, ad significandum, quòd inter virum et mulierem debet esse socialis conjunctio. Neque enim mulier debet dominari in virum, et ideò non est formata de capite; neque debet à viro despicì tanquam serviliter subjecta, et ideò non est formata de pedibus. Secundò, propter Sacramentum, quia de latere Christi dormientis in cruce fluxerunt sacramenta, id est, sanguis et aqua, quibus est Ecclesia instituta.

Adde, voluit Deus in productione Ade et Evæ, imitari suam generationem et spirationem æternam. Sicut enim ab æterno generavit Filium, et ex Filio spiravit Spiritum sanctum; ita in tempore productum Adam ad imaginem suam, itaque cum quasi filium genuit; atque ex eo produxit Evam quae esset amor Ade, sicut Spiritus sanctus est amor Dei.

Denique Evam in paradiso conditam esse, docet SS. Basil., Ambros., D. Thomas, Pererius et alii; et favet hic historia et series Scripturae. Adam ergo statim à creatione suâ videtur translatus fuisse in paradisum; et paulò post ex ejus costâ formata est Eva. Unde et Moses mox post hanc translationem Ade, subnectit formationem Evæ ex Adamo.

Errat ergo Catharinus, qui Evam non sexto, sed septimo die productam asserit. Errat et Cajetanus, qui Adam et Evam eodem temporis instanti simul esse productos censet.

VERS. 25. — HOC NUNC OS, q. d. : Apagè à me animantia priùs addacta, non placent, non congrunt mihi, quia specie dissimilia, et pronò vertice in terram vergentia, loquelæ æquæ ac rationis sunt expertia; hæc Eva mihi simillima est particeps rationis consilii, colloqui et sermonis, denique carnis et ossis mei portio; ita Deliro.

Fabulantur Talmudistæ apud Abulensem, Adam ante Evam aliam habuisse uxorem, ex limo terræ productam nomine Lilis, cum eaque vixisset 150 annis, quibus fuit excommunicatus ob esum poni vetiti; atque toto illo tempore, inquit, ex eâ non homines sed demones genuit; deinde accepit Evam ex costâ suâ productam, atque ex eâ homines procreavit. Hæc sunt eorum deliria, quibus ipsi coguntur confiteri se

esse fratres dæmonum, cum pater eorum Adam demones generet.

Vox ergo *nunc*, non priorem uxorem, sed partim animantia, ut dixi, partim Evam respicit, q. d. : Hæc mulier nunc, id est, hæc primâ vice, sic formata est, ex viro scilicet; nam quæ deinceps futuru sunt mulieres, earum nulla sic generabitur, sed quælibet per naturalem generationem, ex mare et femina precreabitur. Ita sanctus Chrysostomus hinc 15, hic.

Symbolicè, S. Basil. Oratione in Julittam, ex voce et mente Julittæ matronæ, causâ fidei ad ignem damnate, ait : Est mulier ab opifice creata peræque ac vir, capax virtutis. Non enim ad construendam mullierem sola assumpta est caro, sed et ex ossibus, quæ fit ut nos ipsæ Domino nihil minus ac viri redhibere debeamus firmitatem fidei acque constantiam, nec non in adversis patientiam. Hic dicitur confortans matronas ejulantes, in lignorum struem accensam insiluit; quæ proinde ac thalamus splendore coruscus, corpus sanctæ Julittæ circumplexa, animum quidem in cælum destinavit, corpus autem hoc more præcipuo venerabile asseravit, affinis ac cognatis incolumæ, nec ullâ sui parte lesam; quin et terra Beatæ istius adventu, aquam emisit aded, ut martyri imaginem referat piensissimæ matris, dum nutritis in morem incolas urbis alit suaver, perinde ac lacte quopiam in communi usque afflatum escaturiente.

HÆC VOCABITUR VIRAGO, QUONIAM DE VIRO SUMPTA EST. Non æquat interpres vim Hebrææ vocis, ad eoque ex hoc loco patet Adamum Hebræicè esse locutum; nam *vir ago* non significat naturam aut sexum, sed virtutem et animum virilem in muliere. Hebræa verò vox *isch*, significat naturam et sexum mulieris, quia ab *isch*, id est, à viro, derivatur, addito *he* feminino, q. d. : Vocabitur *vira* (uti veteres Latini locuti sunt, teste Sexto Pompeio), quia de viro sumpta est; sic Symmach. Græcè *ex toto àndràs fecit àndras*, teste S. Hieronymo, Theodotus vertit : *Hæc vocabitur assumptio, quia de viro sumpta est*. Ipse enim *isch*, deducti à rad. *nasa*, id est, assumpsit, tulit, portavit. Sed prior aliorum versio est genuina.

Symbolicè et lepidè R. Abraham ben Esra notat in voce *isch* contineri nomen contractum *Dei* *ia*, qui est auctor conjugii; et quamdù hoc nomen in conjugio manet (manet autem quamdù conjuges Deum timeant, et mutuo sese amant), tandùm nuptiis Deum adesse et benedicere. Si verò invicem oderint, et Dei obliviscantur, tunc illud nomen conjuges abjicere; itaque sublato *iod* et *he*, ex quibus fit *isch*, tantùm remanet ex *isch* et *isch*, id est, ex viro et muliere, *isch isch esch*, id est, ignem, et ignem, scilicet ignem rixarum et molestiæ in hæc vitâ, in alterâ vero ignem æternum.

VERS. 24. — QUAMOBREM RELINQUET ROMO PATREM ET MATREM. Verba sunt non Mosis, ut vult Calvinus, sed Ade, vel potiùs Dei, qui Ade verba confirmat, ex iisque matrimonii legem elicit, eamque decreto suo sancit. Doo enim hæc verba tribuit Christus, Math. 19,

v. 5. Hæc ergo conjugii lex est et societas, ut, si res exigeret, conjux conjugis causâ patrem et matrem deserere teneatur. Quod intellige de cohabitatione et vite consortio. Nam in pari casu famis, vel alterius similis necessitatis, potiùs patri et matri, quasi auctoribus vite, quàm conjugi est subveniendum, ut docet D. Thom. 2-2, q. 26, a. 11 ad 1.

ET ADHEREBIT UXORISUÆ. 70 vertunt *ἑσθὶς ἰσθὶς*, quod Tertullian. aptè vertit, *conglutinabitur*. Hebræum enim *dabac*, significat artissimam conjunctionem. Ita Sara conglutinata est Abraham, Rebecca Isaac, Sara Tobia, Susanna Joachimo. Audi et gentiles; Theogena uxor Agathoclis, regis Siciliæ, ab ægro marito nullo modo passa est se divelli, dicens : *Nubendo se non prospere tantum, sed omnis fortunæ insse societatem, nec intium sui spiritûs periculo empyram, ut extremos viri spiritus exciperet.*

Hypsieratae, Mithridatis regis Ponti uxor, devictum profugientemque maritum, in omnibus adversitatibus secuta est.

Memorable est exemplum feminarum Lacenarum, quæ captivos viros liberaverunt nutatis vestibus, ipsæque in captivorum locum se subjecerunt.

Ita Penelope adhaesit Ulyssi; audi Poetam : *Penelope desponsa sequi cupiebat Ulysses, Ni secum Icarium offert habere patrem. Ille Ithacum, hic offert Spartan, manet anxia virgo, Hinc pater, inde viri nutus urget amor.*

Ergo sedens velat vultus, obnubi ocellos, Ista reverendi signa pudoris erant, Quæ sibi prælatum Icarium cognovit Ulysses, Hocque pudori avari schemate constituit.

Illustre fuit Græci romani exemplum, in enjus domo deprehensis duobus anguib, cum respondeant augures, alterum victurum, si alter alterius sexus interimeretur: Imò verò, inquit Gracchus, meum necate; mea enim Cornelia juvenis est, et parere adhuc potest; hoc erat uxori parere, et reipub. consulere, semper tamen bonum maritum agere, quem in rep. magnam virum esse veteres censuerunt.

Dido soror Pygmalionis multo auro et argento congregato navigavit in Africam, ibique Carthagem condidit, et eam ab Hyarâ rege Libya in conjugium peteret, extractâ in memoriam mariti quoddam Sychæi pyrâ, in illam se injecti, malens ardere quàm alteri nubere. Casta mulier Carthagem condidit. Rursus eadem urbs in castitatis laude desiit. Nam Asdrubalis uxor, captâ et incensâ Carthagine, cum se cernebat à Romanis capiendam, apprehensis utrinque duobus filiis, in subjectum domûs suæ devolvit incendium.

Nicerati conjux impatiens injuriæ marito illate, mortem sibi ipsa consecvit, ne tringenta tyrannorum, quos Lysander victis Athenis impostuerat, libidinem sustineret.

ET ERUNT DUO IN CARNE UNA. Id est, duo, scilicet vir et uxor, erunt una caro, primò per copulam carnalem; sic explicat Apostolus 1 Cor. 9, 16; secundo, erunt una caro synecdochicè, id est, erunt unus homo, erunt una persona civilis. Vir enim et uxor civiliter

unus censetur, et sunt; tertio, quia conjux est domini corporis sui comparis, et sic unus caro est alterius caro, 1 Corinth. 7, 5; quartò, effective, quia unam carnem, scilicet prolem, generant.

Nota. Inter humanas necessitudines artissimam et inviolabile est vinculum matrimonium; hinc ex Adami costâ Deus fecit Evam, ut significaret primò, quòd vir et uxor non tam duo, quàm unus sint. Secundò, quòd sint indivisibiles et inseparabiles. Sicut enim una caro non potest dividi, et tamen una manere, sic non potest conjux à conjuge separari, eò quòd sit una caro cum conjuge. Unitati enim divisio, puta divorcium et polygamia repugnant. Tertio, quòd debuit unum esse amore et voluntate. Vide Rupertum hic. Unde Pythagoras dixit, in conjugio amico esse unam animam in duobus corporibus.

Hinc patet non esse verum id quod asserit Nyssenus (si tamen is est auctor libri) l. de Creatione hominis cap. 17, et Damascen. lib. 2 de Fide, c. 50, et Euthymus in Psalm. 59, et S. August. lib. 9 de Genesi contra Manicheos cap. 19, et lib. de Verâ Religione c. 46, in innocentie statu nullam futuram fuisse sextam coniunctionem, sed modo quodam angelico procreandos fuisse homines; nam hic expressè dicitur, *quòd erunt duo in carne una*, quod Apostolus de conjunctione explicat, ut dixi. Unde S. August. suam sententiam retractat lib. 1 Retract. cap. 10, idque communiter sequuntur jam DD. Errat ergo Faber Stapulensis in comment. in l. Ricardi Victor. de SS. Trin. qui somniat, atque, quòd, si Adam non peccasset, ex se sine feminâ similem sibi masculum peperisset; et Almaricus, qui in eo statu nullam futuram fuisse sextâ differentiam, opinatus est.

Rursim, S. Thomas p. 1, q. 98, art. 2, putat in statu innocentie, salvâ corporis integritate quæ virginitas dicitur, futurum fuisse conceptum et partum. Sed, ut rectè notat Pererius, idipsum etiam pugnat cum hoc loco, et cum naturâ generationis humanæ. Similis ergo fuisset tunc generatio, qualis jam est, demptâ tamen concupiscentiâ. Unde virginitas tum non fuisset, quia nec virtus fuisset eo statu. Est enim jam virginitas virtus, quia concupiscentiam libidinis refronat; atque tunc nulla fuisset concupiscentia aut libido refranda; ergo nec fuisset tunc continentia aut virginitas. Hinc prohibiliiter censet Pererius, eo statu tot nascituras fuisse feminas, quot mares. Omnes enim matrimonium inissent, idque singulare, puta unus cum unâ, juxta id quod Deus hic instituit.

VERS. 25. — ERAT AUTEM UTROQUE NUDUS, ET NON ERUBESCENT, quia in statu innocentie nulla erat libido, nulla concupiscentia; ex hæc enim oritur pudor et erubescencia; si membra in quibus regnat libido, aliis pateant et demudentur. Ita S. August. lib. 2 de Genes. ad lit. circa principium. Inepti ergo, increpandi et impuri sunt Adamitæ, qui cum Adamo nudi jam non erubescunt, cum Adam mox post peccatum cœnabitur, sequè vestibus contexterit, ut relictus refutans similes, ait S. Epiphani. lib. 2 Heres. 52.

Hinc hausisse videtur Plato in Politico suam illam

mediatum, quam omnibus hominibus aurei seculi attribuit.

Perperam quoque Isidorus Clarius putat Adamo et Eve pro veste fuisse divinum quendam splendorem et gloriam, quali S. Agnetem aliasque virgines ad lupanar ductas et denudatas sæpe obtexit Deus, et quali obtegit corpora sanctorum in resurrectione. Hoc enim gratis fingitur, et frustra; ubi enim nullus est pudor, nulla concupiscentia, nullum frigus, ibi nulla opus est veste aut luce.

Denique pulchrè Percarius præfatione in lib. 3. septem excellentias status innocentie recenset: Prima, erat plena sapientia; secunda, gratia et amicitia Dei; tertia, iustitia originalis; quarta, immortalitas et impassibilitas anime et corporis, non intrinseca, qualis est in corporibus gloriosis Beatorum, sed extrinseca, proveniens scilicet partim ex protectione Dei, partim ex prudentia et providentia hominis, quâ a noxiis et læsivis sibi cavebat. Atque hæc erant in ipso homine; tria verò reliqua extra hominem, videlicet quinta, habitatio in paradiso, et esus arboris vite; sexta, specialis Dei cura erga hominem. Unde sequelatur septima, quòd scilicet homo non potuisset concupiscere, nec venialiter peccare, ait D. Thomas, nec errare, nec decipi, sed de rebus inertis iudicium vel suspensisset, vel dubium formasset. Hæc enim non videntur posse effici pro habitu vel qualitate creatam homini infusam, sed tantum per assistentiam et protectionem Dei.

CAPUT III.

1. Sed et serpens erat callidior cunctis animantibus terre que fecerat Dominus Deus. Qui dixit ad mulierem: Cur præcepit vobis Deus, ut non comederetis de omni ligno paradisi?

2. Cui respondit mulier: de fructu lignorum que sunt in paradiso, vescimur.

3. De fructu verò ligni, quod est in medio paradisi, præcepit nobis Deus ne comederemus, et ne tangeremus illud, ne forte moriamur.

4. Dixit autem serpens ad mulierem: Nequaquam morte moriemini.

5. Scit enim Deus quòd in quoacunque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, et eritis sicut dii, scientes bonum et malum.

6. Vidit igitur mulier quòd bonum esset lignum ad vescendum, et pulchrum oculis, aspectuque delectabile; et tæsti de fructu illius, et comedit, deditque viro suo, qui comedit.

7. Et aperti sunt oculi amborum: cùmque cognovissent se esse nudos, consuerunt folia ficus, et fecerunt sibi perizoniata.

8. Et cùm audissent vocem Domini Dei deambu-

Hæc intellige de statu plenè et perfectè innocentie in quo conditus est Adam, ut scilicet immnis esset ab omni malo, tam culpæ quàm pœnæ et miserie, alioqui enim si eum in semiplenam innocentiam transferri et cadere permisisset Deus, potuisset ipso peccare venialiter, item errare et decipi, ut rectè docet Scotus. De quâ re vide Franc. Aretinum in Genes. pag. 450.

E contrario per Christum major nobis reddita est gratia, quàm data fuerit Adamo, adèquè septem jam habemus virtutes, que non fuissent in statu innocentie: Prima est virginitas; secunda, patientia; tertia, penitentia; quarta, martyrium; quinta, jejuniùm, abstinentia; omnisque carnis mortificatio; sexta, paupertas et obedientia religiosa; septima, misericordia et eleemosyna; nulli enim tunc fuissent pauperes vel miseri, quibus jam abundans, ut in eos misericordiam exerceremus.

Denique major et efficacior jam homini lapsò datur gratia quàm data fuerit Adæ, ut patet in martyribus aliisque illustribus sanctis. Unde et major jam est merendi facultas, tum ratione majoris gratiæ, tum ratione difficultatis operis, licet in statu innocentie major fuerit merendi facultas, ratione promptitudinis voluntatis. Voluntas enim tum plenè recta, nec habens passionem virtuti contrarias, prono nature et gratiæ impetu, ad virtutes rapta fuisset; itaque multos intensos, magnos et heroicis virtutum omnium actus eliciisset.

CHAPITRE III.

1. Mais ils ne demeurèrent pas long-temps dans cet heureux état. Le démon, jaloux de leur bonheur, résolut de le leur ravir; il prit pour cela la figure du serpent, qui étoit le plus fin de tous les animaux que le Seigneur Dieu avait formés sur la terre; et il dit à la femme, qui lui paroissoit plus aisée à séduire: Pourquoi Dieu vous a-t-il commandé de ne pas manger du fruit de tous les arbres du Paradis?

2. La femme lui répondit: Nous mangeons du fruit des arbres qui sont dans le Paradis.

3. Mais pour ce qui est du fruit de l'arbre qui est au milieu du Paradis, Dieu nous a commandé de n'en point manger, et de n'y point toucher, de peur que, si nous le faisons, nous ne fussions en danger de mourir.

4. Le démon, toujours caché sous la figure du serpent, répondit à la femme: Assurément, quand vous en mangerez, vous ne mourrez point, et ce n'est pas pour cette raison que Dieu vous a fait cette défense.

5. Mais c'est que Dieu sait qu'aussitôt que vous aurez mangé de ce fruit, vos yeux seront ouverts, et vous serez comme les dieux, connaissant le bien et le mal: et il ne veut pas que vous deveniez semblables à lui.

6. La femme donc séduite par ces paroles qui faisoient sa vanité, considéra que le fruit de cet arbre étoit bon à manger, puisqu'il étoit beau et agréable à la vue; et en ayant pris, elle en mangea, et en donna à son mari, qui, par une lâche complaisance pour elle, en mangea aussi.

7. En même temps leurs yeux furent ouverts à tous deux. Ils recoururent le bien qu'ils venoient de perdre par leur désobéissance, et le mal qui leur avoit été fait. Leur chair se révolta contre eux, ils aperçurent qu'ils étoient nus; et en ayant une confusion, qui étoit la peine de leur péché, ils entrechèrent des feuilles de figuier, et s'en firent des espèces de ceintures pour couvrir en eux ce qu'ils sentoient devoir être caché.

8. Et comme ils eurent entendu la voix du Sei-

lantis in paradiso ad auram post meridiem, abscondit se Adam et uxor ejus à facie Domini Dei in medio ligni paradisi.

9. Vocavitque Dominus Deus Adam, et dixit ei: Ubi es?

10. Qui ait: Vocem tuam audivi in paradiso, et timui eò quòd nudus essem, et abscondi me.

11. Cui dixit: Quis enim indicavit tibi quòd nudus esses, nisi quòd ex ligno de quo præceperam tibi ne comederes, comediti?

12. Dixitque Adam: Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, et comedi.

13. Et dixit Dominus Deus ad mulierem: Quare hoc fecisti? Que respondit: Serpens decepit me, et comedi.

14. Et ait Dominus Deus ad serpentem: Quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animantia, et bestias terre; super pectus tuum gradieris, et terram comedes cunctis diebus vite tue.

15. Inimicitias ponam inter te et mulierem et semen tuum et semen illius: ipsa conteret caput tuum, et tu insidiaberis calcaneo ejus.

16. Mulieri quoque dixit: Multiplicabo ærumnas tuas, et conceptus tuos; in dolore paries filios, et sub viri potestate eris, et ipse dominabitur tui.

17. Adæ verò dixit: Quia audivisti vocem uxoris tue, et comediti de ligno ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo; in laboribus comedes ex eà cunctis diebus vite tue.

18. Spinas et tribulos germinabit tibi, et comedes herbam terra.

19. In sudore vultus tui vesceris pane, donec revertaris in terram de qua sumptus es, quia pulvis es, et in pulverem revertaris.

20. Et vocavit Adam nomen uxoris sue: Eva, eò quòd mater esset cunctorum viventium.

21. Fecit quoque Dominus Deus Adæ et uxori ejus tunicas pellicæas, et induit eos:

22. Et ait: Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est, sciens bonum et malum, nunc ergo ne fortè imitatus manum suam, et sumat etiam de ligno vite, et comedit, et vivat in æternum.

23. Et emisit eum Dominus Deus de paradiso vo-

gneur Dieu, qui, sous une figure sensible, se promenoit dans le Paradis après midi, vers le soir, lorsqu'il s'éleva un vent doux; troublés par les regards de leur conscience, ils se retirèrent au milieu des arbres du Paradis comme pour se cacher de devant sa face.

9. Alors le Seigneur Dieu appela Adam, et voulant le porter à rentrer en lui-même, lui dit: Où étiez-vous?

10. Adam lui répondit: J'ai entendu votre voix dans le Paradis, et j'ai eu peur de paraître devant vous, parce que j'étais nu; c'est pourquoi je me suis caché.

11. Le Seigneur lui répartit: Et d'où avez-vous su que vous étiez nu, et que vous deviez en rougir, sinon de ce que vous avez mangé du fruit de l'arbre dont je vous avais défendu de manger?

12. Adam, au lieu de reconnaître sa faute, et de s'en humilier, tâcha de la rejeter sur Dieu même; car il lui répondit: La femme que vous m'avez donnée pour compagne m'a présenté du fruit de cet arbre, et j'en ai mangé.

13. Le Seigneur Dieu dit à la femme: Pourquoi avez-vous fait cela? Elle, imitant son mari, et voulant aussi rejeter sa faute sur un autre, répondit: Le serpent, que vous avez créé, m'a trompée, en m'assurant que je pourrais, sans rien craindre, manger de ce fruit; et j'en ai mangé, comme il me l'a dit.

14. Alors le Seigneur Dieu dit au serpent, dont le démon avoit pris la figure: Parce que tu as fait cela, tu es maudit entre tous les animaux et toutes les bêtes de la terre; tu ramperas sur le ventre, et tu mangeras la terre tous les jours de ta vie.

15. Je mettrai une inimitié éternelle entre toi et la femme, entre sa race et la tienne; elle te brisera la tête par le Sauveur qui naîtra d'elle, et tu tâcheras de la mordre par le talon, et de la faire tomber dans les pièges que tu lui tendras.

16. Dieu dit aussi à la femme: Je vous affligerai de plusieurs maux pendant votre grossesse; vous enfanterez dans la douleur; et pour vous punir de n'avoir pas été soumise à votre Créateur, vous serez sous la puissance de votre mari, et il vous dominera.

17. Il dit ensuite à Adam: Parce que vous avez écouté la voix de votre femme plutôt que la mienne, et que vous avez mangé du fruit de l'arbre dont je vous avais défendu de manger, la terre sera maudite à cause de ce que vous avez fait; je la rendrai stérile; et vous n'en tirerez de quoi vous nourrir pendant toute votre vie, qu'avec beaucoup de travail.

18. Elle vous produira des épines et des ronces que vous serez obligé d'arracher, et vous vous nourrirez de l'herbe de la terre qui ne viendra que par le pénible soin que vous aurez de la cultiver.

19. En sorte que vous mangerez votre pain à la sueur de votre visage, jusqu'à ce que vous retourniez en la terre d'où vous avez été tiré; car si je vous bieu différais de nous faire subir la peine de mort que vous avez méritée par votre péché, ce n'est que pour un temps; vous êtes poudre, et vous retournerez en poudre.

20. Adam, pour se consoler de la mort à laquelle il se voyoit condamné, par l'espérance de se voir revoir dans sa postérité, donna à sa femme le nom d'Eve, parce qu'elle étoit destinée à être la mère de tous les vivants.

21. Le Seigneur Dieu fit aussi à Adam et à sa femme des habits de peaux dont il les revêtit, afin qu'ils se souvenissent qu'ayant été créés pour être semblables à Dieu, par la sainteté de leur vie, ils s'étoient rendus semblables aux bêtes par leur péché.

22. Et pour leur faire sentir cette vérité humiliante, par une vallée salutaire, il leur dit: Voilà Adam devenu comme l'un de nous, sachant le bien et le mal, par sa propre expérience; empêchons donc maintenant qu'il ne porte sa main à l'arbre de vie, qu'il ne prenne aussi de son fruit, et qu'en mangeant de ce fruit, il ne vive éternellement comme nous.

23. Le Seigneur Dieu le fit sortir ensuite du jardin délicieux où il l'avoit mis, afin qu'il allât travailler